



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.  
Thomae Aquinatis**

**Nazarius, Johannes P.**

**Coloniae, 1621**

Qvinta Controversia. Quod sit fundamentum vnionis, quæ est relatio inter  
humanitatem & Verbum, vel diuinitatem?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82325](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82325)

tum est, quod secundum se totum, & omnia ad eius constitutionem concurrentia productum est ex nihilo: at non omnia ad terminum Incarnationis totalem constituendum concurrentia sunt ex nihilo producta; ergo. Maior patet ex communi Theologorum consensu & usu: Minor vero probatur: quia verbum, quod est principium in constitutione termini totalis assumptionis est quid increatum: Ex quo sequitur, quod sumendo creatum strictè & propriè, & increatum prout opponitur, creato hoc modo sumpto, non potest verè dici omne ens esse creatum vel increatum; quia compositum hoc substantiale, quod est Christus, non est quid creatum neque increatum in eo sensu, & similiter hoc totum, quod est anima beata, ut ostendimus.

**ULTIMA CONCL.** Si questio non sit de re, sed de modo loquendi; siue de propositionis veritate & proprietate, dicendum est, Christum siue Christi personam non esse creatam sed increatam. Probatur; quia subiectum harum propositionum non supponit pro natura humana, neque pro composito ex humanitate & persona Verbi: sed tantum pro persona Verbi, quæ est increata. Sed de hoc *inf. q. 16.* dicemus vberius.

**CONTRA primam concl.** est argument. quod facit & soluit Caiet. in a. præc. Et alia quatuor argumenta, quæ producit & soluit Med. super eodem art. dub. seu quest. 1. Contra eandem concl. argumentatur Vasq. *Primo:* Licet vinculum vnitatis, in quo dicitur facta vnio, sit increatum, cum sit personalitas Verbi; tamen vnitas ipsa non est Verbi personalitas, sed sicut vnus Christus constat duabus naturis; ita etiam vnitas est duarum naturarum conuentus; ergo. *Resp.* falsum esse antecedens; nam, ut supra diximus, vnitas analogicè dicitur; & sicut esse personale, seu personalitas Verbi est personalitas duarum naturarum; ita est earundem vnitas; quia vnitas nihil addit super ens.

*Secundo,* cum quærimus. Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit quid creatum an non? non quærimus an de Christo posito ex parte subiecti verè enuncietur ratio creati; scienium nõ supponit pro composito ex duabus naturis; sed tantum pro persona Verbi: sed quærimus, vtrum illud compositum quod vnum dicitur secundum se, & non tantum per communicationem idiomaticam sit quid creatum an increatum? igitur quocumque modo velimus explicare hanc vnitatem & conuentum duarum naturarum in Christo, dicendum est, totum hoc compositum, quod in tempore incipit esse & re vera producit, esse quid creatum &c.

*Resp.* Falsum esse antecedens, quo ad secundam illam partem: videlicet *Sed quærimus* &c. Cum enim quæsitum illud vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit quid creatum analogam habeat significationem, quo ad illam vocem vnio distinguendum est vt quæsitio benè satisfiat. Potest enim quæri de vnione id est vnitate quæ terminus est formalis, & de vnitate quæ terminus est totalis, & de vnitate quæ est relatio ex prædictis vnitatibus vt fundamentis resultans. Et hoc tertio quidem modo est aliquid creatum, vt ait S. D. in artic. præceden. primo verò modo est aliquid increatum, vt ostendimus. Secundo verò modo, si propriè sumatur creatum, non est aliquid creatum aut increatum, sed aliquid habet creatum, & aliquid increatum: sumendo verò creatum pro producto, vnitas secundo modo sumpta est aliquid creatum quoad eius esse totale, licet non quoad omnia ad eius constitutionem concurrentia.

**CONTRA alias conclus.** non sunt argumenta, quæ sint alicuius momenti.

#### QVINTA CONTROVERSA.

Quod sit fundamentum vnionis, quæ est relatio inter humanitatem & Verbum, vel diuinitatem?

**SCOTVS** in 3. dist. 1. q. 1. a. 3. cuius sententiam sequitur & tuetur Rada in sua 3. part. *Controu. 3. art. 4.* Docet nullam entitatem absolutam causari in humanitate per actionem vnendi, quæ sit proximum fundamentum vnionis, quæ relatio est.

**Vasq.** *disp. 18. c. 4.* ex eo, quod dixerat in cap. 3. nimirum modum aliquem substantialem relationum esse constituendum in humana natura, quo Verbo formaliter vniretur, deducit huic modo substantiali frustra nouum aliquod fundamentum ab eo distinctum assignari: nullam autem aliam relationem præter illam substantialem videtur agnoscere Vasq. in humana natura respectu Verbi.

*Sua. disp. 8. sect. 2. §. dicendum,* ait proximum fundamentum dictæ relationis esse modum absolutum substantialis coniunctionis humanitatis ad Verbum.

Caiet. in a. 7. docet, vnionis, quæ relatio est inter humanam & diuinam naturam, causam & fundamentum esse vnitatem personalem vtriusque naturæ: in hoc autem articulo in *solutione quinti dubij*, ait relationem vnionis fundari super hoc ente substantiali absoluto; quod est Deum esse hominem. Priorem modum dicendi Caietani sequitur Medina in *quest. sua 2. ad hunc art. Valentia puncto 5. & Aluarez disput. 13.* duo tamen addit Medina. *Primum* est, duas alias opiniones esse probabiles: vna est affirmans fundamentum dictæ relationis esse humanitatem, non absolute sed vt est assumpta & coniuncta Verbo diuino & suscipit esse diuinum; quam sententiam sequitur & acriter defendit contra Caietanum & alios quidem iunior Thomista vir doctissimus: Altera est Victoria dicentis, primò naturam diuinam & humanam esse vnitas in Christo; quia habent vnum esse: Et ideò vnitatem hanc non esse relationem sed absolutam. *Secundo* humanitatem dici vnitam Verbo Dei; quia fuit assumpta ad esse Verbi Dei; & assumptionem hanc passiuam esse fundamentum relationis create; quæ vocatur vnio. *Secundum* quod addit Medina est, duplex esse fundamentum relationis: alterum est ratio fundandi: alterum est fundamentum principale: exempli gratia, in paternitate ratio fundandi est generatio actiua: fundamentum verò principale est potentia generatiua: & in re proposita similiter (inquit) ratio fundandi relationem vnionis est assumptio passiuam humanitatis ad Verbum diuinum: sed fundamentum principale est vnitas personalis Verbi diuini. Tertium est relationem hanc vnionis non distinguere à fundamentum.

Ex ijs quæ diximus in duabus proximis *Controu.* colligitur huius etiam controuersiæ definitio. Et quia Thomistarum opiniones ex Medina relate multum videntur à Caietani sententia differentes. Et Caietanus ipse in hoc, & in præcedenti articulo videtur varia docuisse; cum tamen iudicio meo in nullo dissident opiniones prædictæ: & idem vtrobique senserit Caietanus; ideò consensum eorum pro viribus nitentur ostendere.

Ad cu-

non esse di  
uerso, & a  
liorum opi  
niones faci  
le posse con  
ciliari.

Ad cuius euidentiā Reolendum est id, A  
quod diximus in precedenti controuersia, in secundo  
notabili, videlicet subsistentiam diuini Verbi  
personalem tripliciter sumi posse. Primo abso  
lutē. Secundo cum respectu ad naturam huma  
nam, vt scilicet terminat eius assumptionem  
& vnitionem. Tertio prout est humanae naturae  
communicata, & facit cum ea compositionem;  
ac proinde vt est persona composita. Primo mo  
do est vnitas Verbi secundum se: secundo mo  
do est vnitas Verbi & duarum in eo naturarum,  
non tamen includens humanam naturam, sed eam  
connotans ratione ordinis, quem habet ad ipsam  
vt terminus ad terminatum. Tertio modo cum  
rationem habeat termini totalis, naturam etiam  
includit humanam, vt pertinentem ad rationem  
intrinsicam personae compositae, quae Christus  
est. Cum igitur ait Caietanus in a. precedenti vnita  
tatem vtriusque naturae esse fundamentum rela  
tionis, quae est vnio, sumit vnitatem prout i  
dem est, quod subsistentia filij Dei tertio mo  
do sumpta: & ita significat substantiam compositam  
siue esse substantiale in compositione consi  
stens, quod est Deum esse hominem: hoc autem  
esse substantiale docet Caietanus in hoc a. propriū  
esse fundamentum dictae relationis; & quia rela  
tio haec ex parte tantum humanitatis est realis, &  
illi per realem aduenit mutationem, qua de non  
vnita fit vnita Verbo Dei; idē sententia illa,  
quae dicit fundamentum dictae relationis esse  
humanitatem, non absolutē sumptam, sed vt est  
assumpta & coniuncta Verbo, eadem est cum  
sententia Caietani, in hoc ab ea solum differens,  
quod vnitatem hanc personalem & consequenter  
etiam fundamentum relationis exprimit ex par  
te humanae naturae, cui tantum inest relatio rea  
lis. Victoria verō dicens passiuam assumptionem  
esse dictae relationis fundamentum, manifestē lo  
quitur de fundamento sumpto pro ratione funda  
dandi, quae transit; non autem de fundamento  
cum ipsa relatione permanente. Et secundum hęc  
intelligenda sunt, quae de hac q. scribit Medina de  
mente Caietani; alioquin rejicienda sunt vt fal  
sa.

Conciliari  
sententia.

Conclusiones,  
deductae,  
probat.

PRIMA CONCL. Vnioni, prout est relatio, neces  
sario debet assignari proprium aliquod fundamentum.  
Probat primum; quia S. D. hic ad secundum ait, e  
ius esse a subiecto dependere &c. & in articulo se  
quenti ait, omnem relationem quae incipit esse ex  
tempore, ex aliqua mutatione causari, quae mu  
tatio est actio & passio: constat autem ex  
quinto Metaphysic. relationis causam idem esse,  
quod eius fundamentum. Eandem doctrinam  
clarius explicatam habet S. D. in 3. dist. 2. q. 2.  
a. 2. q. 2. Et dist. 5. q. 1. a. 1. Vbi ait relationē vnionis  
fundari super actionem & passionem, quae est vn  
itio; quod idem affirmat in tertio ad Anibaldum  
eadem dist. 5. quest. vnica. Secundo probatur con  
clusio ex Aristot. 5. Metaphysic. in cap. de ad aliquid.  
Vbi propria singulis relatiuorum modis assi  
gnat fundamenta. Et confirmatur: quoniam  
haec relatio supponit actionem & passionem rea  
lem, qua humanitas vnitur verbo; igitur negan  
dum non est hanc esse dictae relationis funda  
mentum. Secundo confirmatur; quia relatio  
creationis in creatura proprium habet funda  
mentum, vt ostendimus in 1. p. qu. 45. art. 3. con  
trou. 2.

SECUNDA CONCL. Fundamentum dictae rela  
tionis non est aliquis modus substantialis factus in hu  
manitate. Probat: quoniam in humanitate  
nullus est talis modus, vt ostendimus supra; er  
gō &c.

Naz. in D. Tho. 3. partem

TERTIA CONCL. Fundamentum proximum  
vnionis, prout est relatio inter humanam naturam &  
Verbum aut diuinam naturam, quod manet cum ipsa  
relatione, est vnitas personalis vtriusque naturae, siue  
esse absolutum in compositione consistens, quod est  
Deum esse hominem. Huius Conclusionis sensus  
patet ex dictis. Et probatur: quia fundamentum  
huius relationis non est modus aliquis substan  
tialis absolutus aut relatiuus existens in humani  
tate: hunc enim modum esse fictitium ostendi  
mus in 2. Controu. ad hunc artic. neque est persona  
Verbi secundum se; alioquin ab aeterno fuisset  
vnita; neque vt connotat humanam naturam,  
vt extrinsecum terminum; quia sic relatio rea  
lis de genere accidentis esset in persona Verbi  
tanquam in subiecto, quod est absurdum. Pro  
batur illatio; quia relatio est in suo fundamen  
to tanquam in immediato receptiuo, ergō si  
fundamentum huius relationis est persona Ver  
bi, id erit quatenus persona Verbi vna est in  
duabus naturis subsistens; ac proinde quatenus  
est persona composita includens vtramque  
naturam. Quod nos asserimus cum Caieta  
no.

QUARTA CONCL. Fundamentum eiusdem  
relationis, vt ratio fundandi est assumptio, siue vnio  
passiua humanitatis cum Verbo. Haec doctrina pro  
batur; quia omnis relatio realis de nouo adue  
niens causatur ex aliqua reali mutatione vnus  
extremi; at relatio vnionis inter humanam natu  
ram & Verbum seu diuinam Verbi naturam est  
relatio realis tertij modi apud Aristotelem 5.  
Metaph. text. 15. ergō nascitur & causatur ex aliqua  
mutatione reali vnus ex dictis extremis; sed  
non ex mutatione Verbi aut eius naturae diuinae  
ergo ex mutatione humanae naturae, quae hoc i  
plo mutatur, quod assumitur & vnitur personae  
Verbi; ita vt eius personalitate subsistat: igitur  
assumptio & vnio passiuae est fundamentum  
vt ratio seu causa fundandi dictam relatio  
nem.

CONTRA tertiam conclusionem produci  
possent argumenta, quibus recentiores probare  
nituntur per assumptionem & vnitionem causa  
ri in humana natura modum aliquem substantia  
lem absolutum vel relatiuum, quorum solu  
tiones indicauimus in secunda Controu. Contra  
eamdem conclus. sunt argumenta, quae producit  
& soluit Medina in art. precedenti: ex quibus pri  
mum tantum asseremus, quia non placet eius so  
lutio. Sic igitur arguit: Vnio materiae & formae  
quae relatio est, non fundatur in altera parte tan  
tum, sed in vtraque vt est alteri coniuncta; ergō  
vnio humanitatis ad verbum non fundatur in  
vnitate personali Verbi tantum, sed etiam in na  
tura humana vt est coniuncta Verbo. Cui argumē  
tū respondet, dici posse subsistentiam substantia  
lem esse fundamentum relationis, quae est vnio  
inter materiam & formam. hoc autem non vide  
tur posse sustineri in bona Metaphysic. Quoniam  
id non est fundamentum relationis manens cum  
ipsa relatione; quo remoto nihilominus manet i  
psa relatio; sed remota substantiali subsistentia  
totius compositi, qua subsistunt etiam eius par  
tes, scilicet materia & forma, adhuc manet illa  
relatio; ergō. Maior est per se nota. Minor pro  
batur; quoniam in humanitate Christi, mate  
ria & forma sunt cum mutua relatione, cum ta  
men ibi non sit propria & naturalis subsisten  
tia, nec vlla relatio, quae est inter animam &  
corpus, fundetur in subsistentia Verbi, vt patet:  
Deinde in substantia composita ex materia &  
forma prius natura est vnio substantialis mate  
riae

Argum. &  
Solut.

Obi. cont. 3.  
concl.

Q

ria

ria & forme, quam totius compositi subsistentia; A ergo in vnione substantiali, non aut in subsisten-  
tia fundatur vnio, prout est relatio. Et confir-  
matur; quia secundum probabilem opinio-  
nem potest quodlibet compositum substantia-  
le diuina potentia conseruari sine vlla subsisten-  
tia, sed in eo casu remanet relatio vnionis inter  
materiam & formam; implicat enim esse con-  
iuncta substantialiter materiam & formam ad  
compositi constitutionem, & non referri partes  
illas essentielles vt vnitas. Secundò confirma-  
tur; quia licet nulla virtute possit esse compositum  
absque subsistentia, potest tamen à partibus  
essentialibus vnitis per intellectum abstrahi  
subsistentia: certum est autem partes substantia-  
liter vnitas præcisa subsistentia sufficientem ha-  
bere causam, vt referantur ad inuicem relatio-  
ne reali, qua dicitur vnio; igitur huius relationis  
fundamentum nulla ratione potest esse subsi-  
stentia; fundamentum igitur relationis materiæ  
ad formam vt ratio fundandi, est eius causalitas  
in fieri, quæ idem est quod eius vnio in fieri; fun-  
damentum autem eiusdem relationis manens  
cum ipsa relatione est materiæ causalitas in fa-  
cto esse, quæ idem est quod vnio in facto esse: &  
similiter dicendum est de fundamento relatio-  
nis formæ ad materiam; nec similis omnino ratio  
est de relatione vnionis inter vtramque Christi  
naturam, aut inter naturam humanam & perso-  
nam Verbi; quoniam hæc non est vtrunque realis;  
& ideo qua parte vel ratione realis est, nullum  
habet in simplici persona Verbi vel eius natura  
fundamentum, & per hoc satisficit illi primo argu-  
mento Medinæ, falsa est enim illius consequen-  
tia. Reliquorum autem argumentorum solutio-  
nes, apud eundem expositorem in sensu Cai. sa-  
perius explicato sunt intelligendæ.

Suar. 1. obi.  
font. 3. conc.

Contra eandem conch. argum. Suar. Primò: Subsistentia Verbi est terminus relationis vnionis, quæ est inter vtranque naturam; ergo non est eius fundamentum. Resp. cum Caiet. in a. præcedenti, falsum esse antecedens, quod tamen non probat Suarez. Secundò dico hoc argumento probari subsistentiam Verbi præcisè sumptam non esse fundamentum dictæ relationis, quod etiam nos docemus.

Obiectio 2.

Secundò relatio non est res omnino distincta à suo fundamento, & per illud afficit subiectum suum; at hæc relatio inhæret humanitati; ergo fundamentum eius est aliquid creatum in humanitate & non subsistentia Verbi. Respond. primò, nullam esse consequentiam. Primò quia per assumptionem nihil reale creatum additur humanitati, quo formaliter vniatur Verbo. Secundò quia relatio hæc, qua parte realis est, recipitur in humanitate medio illo esse substantiali; quod est Deum esse hominem; quod huius relationis est fundamentum; non est autem medi-  
um recipiendi relationem aliquam realem in persona vel natura diuina; quoniam hæc non recipit mutationem, nec ordinatur ad creaturam; & ideo relatio ex parte Verbi & naturæ diuinæ ad humanitatem, vt vnitam est rationis tantum iuxta regulam Aristotel. in 5. Metaphysic. in cap. de ad aliquid, quam explicauimus cum D. Thom. in 1. p. qu. 13. art. 7. Deinde negatur antecedens: quia relatio omnis distinguitur realiter à fundamen-  
to, vt probat Caiet. de mente D. Thom. 1. p. q. 28. a. 2.

Obiectio 3.

Tertiò posita in rerum natura humanitate subsistentia diuina habet eandem vnitatem, quam modo; & tamen si aliud non addatur relatio non resultabit; ergo. Respond. primò, posi-

Sol.

ta in rerum natura humanitate à Verbo separata non posse resultare relationem vnionis; at posita humanitate & per Verbi subsistentiam terminata absque hoc, quod aliquid creatum addatur humanitati, relatio vnionis emergit. Secundò dico fundamentum diuinæ relationis non esse vnitatem diuinæ subsistentiæ secundum se, sed quatenus vna est subsistentia vtriusque naturæ; atque adeò vt est subsistentia composita. Sed  
instat Suar. Quia quòd illa subsistentia sit vna vtriusque naturæ, nihil reale addit in ipsa subsistentia, sed in humanitate addit modum existendi in illa; sed fundamentum debet esse aliquid in re ipsa additum; ergo hoc ex parte humanitatis debet assignari, & non ex parte subsistentiæ Verbi. Respond. falsum esse antecedens in bono sensu; quamuis enim ex assumptione humanitatis nulla perfectio fuerit addita diuinæ personæ: ipsa tamen diuina persona, quæ simplex erat, facta fuit ineffabiliter composita ex duabus naturis, & ex ipsa diuina persona & humanitate: & ita personæ diuinæ addita fuit humanitas, non vt perficiens diuinam personam secundum se, sed vt cum ea componens & faciens formaliter Deum esse hominem: & hoc, vt diximus, est relationis iam dictæ fundamentum. Sed replicat  
Suarez primò: Quamquam enim (inquit) posito illo totali termino resultet relatio; tamen confusè valdè totum illud, scilicet Deum esse hominem assignatur pro fundamento: ergo Deum esse hominem non est fundamentum: Antecedens probatur; quia in illo includitur subiectum, fundamentum & terminus relationis, quæ tamen distincta esse distincteque assignari debent; ergo. Secundò subiectum illius relationis est sola humanitas; fundamentum autem habet esse in eodem subiecto; quia secundum realem entitatem sunt vnum relatio & fundamentum. Respond. falsum esse antecedens; ad cuius probationem negatur consequentia; quia totum illud compositum, prout à suis componentibus distinguitur, est fundamentum dictæ relationis. Ad secundum respondetur, fundamentum debere esse in eodem, in quo est relatio; non tamen necesse est, vt in eo sit tanquam in subiecto; sed satis est, si subiectum, relatio & fundamentum relationis vnitatem habeant subsistentiæ, vel sit ipsi subiecto substantialiter copulatum; sicut in proposito Deum esse hominem eandem habet vnitatem personalem cum humanitate, & est illi substantialiter coniunctum, eo modo quo totum substantiale suis partibus aut constitutiuus substantialiter copulatur.

SEXTA CONTROVERSA.

Quis sit assumptionis terminus à quo?

SEx SVNT Doctorum opiniones de termino assumptionis à quo. Prima est Ioan. Radæ in sua 3. p. controu. 3. dubit. 2. Vbi mentem explicans Scoti ait, terminum Incarnationis à quo esse negationem vnionis, quam supra dixerat esse relationem prædicamentalem.

Secunda sententia in altero ferè extremo posita est Caietani super hoc a. propè fin. com. dicentis ex mente D. Th. naturam humanam esse terminum assumptionis à quo.

Tertia sententia, quam refert & sequitur Med. est quorundam Theologorum dicentium, personalitatem propriam, quæ debita est humanitati secundum conditionem humanæ naturæ, & quæ re vera inest si nõ præueniretur à persona-  
lita-